

## Band XI., Nr. N5673, Seite 530-531

*Friedrich genannt Müller von Zipplingen verkauft dem Spital zu Nördlingen seinen Hof in Kirchheim um 20 Pfund Pfennige.*

Nördlingen, 1270. Dezember 8.

In nomine domini. Amen. Ne labantur cum tempore, que fiunt in tempore, discretio prudentum virorum solet facta sua litteris perennare. Noverint igitur universi presentis pagine inspectores, quod ego Fridericus de Zipplingen dictus Muller, bona deliberatione prehabita hospitali in Nordelingen vendidi curiam meam sitam in Kirchheim pro viginti libris denariorum iure proprietatis quiete absolute libere ac sine contradictione qualibet perpetuo possidendam. Ut autem hec mea salubris venditio imposterum rata permaneat et penitus illibata, ipsi hospitali duo bona mea sita in Harthusen<sup>1</sup> obligavi eo iure, quod vulgo dicitur statunge, presentes super ea conscriptas et munimine sigillorum, videlicet mei et civitatis Nordelingen, roboratas tribuens nichilominus in testimonium et munimen. Huius rei testes sunt: Hainricus dictus Glütserbe, Marquardus dictus Rex, dominus Liutwinus, Sifridus dictus Giutlich, Fridericus dictus Brötler, Cünradus dictus Buman, Marquardus dictus Bül, Hainricus dictus Starluz et alii quam plures.

Actum et datum Nordelingen, anno domini MCCLXX., VI. idus Decembris.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

An der Urkunde zwei Siegel 1) Das runde Siegel der Stadt Nördlingen, ca. 50 mm, das den Reichsadler zeigt. Die Umschrift lautet: + S. BVRGENSIVM . IN . NORDELINGEN. 2) Das Siegel Friedrichs von Zipplingen, genannt Müller, dreieckig mit abgerundeten Ecken, unten beschädigt, ca. 40, 36 mm, rechts ein Baum, links ein nach links gewandter aufrechter Löwe mit aufgeschlagenem Schwanz; von der Umschrift nur einzelne Buchstaben erhalten.

---

<sup>1</sup>Wohl abgegangen zwischen Ebnat und Großkuchen.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

Spitalarchiv Nördlingen

**Überlieferung und Textkritik:**

Original. Auch im Kopialbuch HStA Stuttgart H 14 Nr. 173, Bl. 61b.

## Weitere Angaben

**Beschreibstoff:**

Pergament

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Nördlingen

**Ortsindex:**

Ebnat Wohnplatz (5083)

Ebnat, Aalen, AA

Großkuchen Wohnplatz (4077)

Großkuchen, Heidenheim an der Brenz, HDH

Harthusen

Kirchheim am Ries Wohnplatz (4622)

Kirchheim am Ries, AA

Nördlingen, DON

Zipplingen Wohnplatz (4983)

Zipplingen, Unterschneidheim, AA